



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

Laymann, Paul

Dilingae, 1698

Benevolo Lectori Bibliopola.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62482)



BENEVOLO LECTORI
BIBLIOPOLA.



Vem multis Viri Docti vo-
tis diu expetierunt, tandem
exhibeo R. P. Laymanni in
Librum III. Decretalium

Commentarium: Laymanni, inquam;
Viri, qui inter paucos Theologicam
Sapientiam Juris Utriusque Pruden-
tiæ ita junxit, ut eum paucorum illo-
rum ferè plerisque aut æqualem aut
superiorem jure dixeris; quémque
propterea non sui tantùm Germani,
sed exteræ quoque Nationes, omnes-
que illi, quos penitior cognitio in Di-
vini Humanique Juris adyta induxit,
magni

AD LECTOREM.

magni hæcenus fecerunt. Ut verò multorum votis hæc commentaria efflagitata sunt, ita non minore meâ cura & labore effectum est, ut ex ijs, quæ doctissimus ille vir in scholis prælegerat (nec enim prælo ipse paravit) magno studio & optima fide collecta, & quàm fieri poterat, emendatissima in publicum prodirent. Operæ me prætium fecisse, doctus, ut confido, nemo dubitabit: etsi enim ut plurimum brevis sit & succincta commentatio, uberi nihilominus, & quod caput est, solidâ doctrinâ genuinum sacrorum Decretorum sensum aperit & illustrat.

LIBER